





44  
1771,12.  
**QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN  
VSVSFRVCTVS FILIO FA-  
MILIAS CONSTITVTVS**  
P. 316.

HODIE

**CEDAT PATRI**

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAE S I D E

**D. CHRISTIANO HENR. BREVNING**

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XI. IAN. ANNO CICICCLXXI.

DEFENDET

**IOAN. HENRICVS CHRISTIANVS BRENNER.**

SANGERHVSAN.

---

LIPSIAE  
LITERIS RVM PFIIS.



6748270

1791-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821


1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821

1792-09-10/1821





AN  
VSVSFRVCTVS FILIO FAMI-  
LIAS CONSTITVTVS  
HODIE  
CEDAT PATRI.

---


---

§. I.

**C**Onnes, qui de vſuſructu filio familias conſtituto trahant, ſatentur, patri cedere vſumfructum, imo conſtanter adſirmant, mortuo adeo filio haud expirare vſumfructum, ſed eo vſque durare, quo vſque pater viuit. An haec ita redeſe ſe habeant, quantum quidem ego memini, ma- xime ponderatis iuribus recentioribus, non adeo expe- ditum eſt. Quapropter non omnino quidem ipsam theſin negabimus, cum omnes docti in eam conſentiant,

A 2

ne



ne pressius sapere videamur, sed examinatis huius theses probationibus atque argumentis, quae difficultates eam premant adiciamus contrariaque argumenta colligamus, magis dubitationis causa, quam ut contrariam opinionem, cum paradoxa haberi potest, absolute veram praedicemus.

### §. II.

Argumentum, quo probatio theses absoluitur, deprehenditur in L. 17, C. de *Vsuumfructu*. Verba huius legis Edictalis Imperatoris IVSTINIANI haec sunt: *Et ideo sancimus, in huiusmodi casibus, neque si seruus vel filius familias in praefatos casus inciderit, interrumpi patri vel domino vsuumfructum, qui per eos acquisitus est, sed manere intactum, neque si pater magnam capitatis diminutionem vel medium passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, vsuumfructum pereire, sed apud filium remanere, etiam si heres a patre non relinquitur. Vsuumfructum enim per eum acquisitum, apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet, cum plerunque verisimile sit, testatorem contemplatione magis filii, quam patris vsuumfructum ei reliquisse.* Tam perspicua videntur verba legis, ut vix quidquam obiici posse videatur. Neque negandum est et ad veteris iuris obseruationem respexisse Imperatorem, quo iure, quidquid acquirebat filius, patri acquirebat, et rationem vinculi vnitatis habuisse.

### §. III.

Accedit praeterea, quod in ipso iuris textu Imperator coniungat *seruum*, per quem dominus plene acquirit, et *filium familias*, qui patris intuitu seruus habebatur, am vero cum negari nequeat, ex iuris analogia seruum nihil

nihil habere proprii, ideoque ipsum ius vtendi fruendie dominum acquisitum; rectissime videntur adfirmasse interpres ex ratione coniunctionis eodem modo patrem acquisitum ipsum ius vtendi fruendie, ut plane nihil ad filium veniat, nisi demum praemortuo patre ipse habeat ius vtendi fruendi ipsi constitutum. Et ita iudicant fere omnes interpres, nec opus, ut consentientes adducam, nisi catalogum scribere vellem eruditorum. Sed iam videamus, quae huic vel legi vel interpretationi obiici queant difficultates.

#### §. IV.

Quamuis quidem Imperator coniungat seruum filium familias; tamen vix est, ut a seruo simpliciter iure Iustinianeo argumentum duci possit ad filium familias. Certissimum enim est, nec iure hoc seruum proprii quid habere atque adquirere posse; contra hoc de filio familias eodem iure adseri nequit. Probat hoc peculiorum diuersitas, quippe plenum adeo ius in castrenisibus, quasi castrenisbus et aduentitiis irregularibus sibi ipsem acquirit filius familias. Coniicio sententiam Imperatoris vix posse tam crasse interpretari, ut propterea eodem iure iudicandum velit filium, quo seruum. Magis itaque dijudicanda est materia ex reliquo iure statuto.

#### §. V.

Alia praeterea oritur dubitatio, si verum esset ipsum ius vtendi fruendi acquiri patri, ad quodnam tunc *peculi* genus referendus sit ususfructus. Cum enim ius ususfructus sit in bonis tanquam res incorporalis, necessè quoque est, ut ad aliquod peculi genus referatur. At quae-

ro: ad quod genus? Ad peculium *aduentitium* referri ex communi opinione non posset, cum sibi per filium pater acquireret. Ergo ad *profectitium*. Nec hoc, non enim ex re patris prouenit, nec eius intuitu acquiritur, quippe testatur c. l. 17. Imperator, *testatorem magis contemplatione filii, quam patris ei usumfructum reliquisse.* Quod si verum, de quo ob legis autoritatem nemo dubitat, magis ad *aduentitium peculium usumfructus filio relictus referri* debet, quam ad *profectitium*. Necesse itaque est, ut ius utendi fruendue sit in peculio filii, *proprietasque fructuum ad filium pertineat, compendia vero fructuum ad patrem.*

## §. VI.

Dein grauissimum dubium praestat L. 6. C. de bonis quae liber. Generaliter enim disposuerat Imperator: *Si quis filius familias vel patris sui, vel avi, vel proavi in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, sed ab aliis QVIBUSCVNQUE CAVSIS, quae ex liberalitate fortunae, vel laboribus suis ad eum perueniant: eas suis parentibus NON IN PLENVM, sicut anteua fuerat sanctum, sed usque ad VSVMFRVCTVM quidem apud patrem, vel avum, vel proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat.* Iam si filio familias ususfructus constituatur, non in plenum acquirantur patri fructus; horum enim proprietas ex natura huius peculii ad filium pertinebit, sed fructibus filio propriis *vtatur fruatur* pater. Neque me turbat, quae STRIVVS in Evolut. Controversiar. Exerc. XII. ad Th. VII. notauerat. Putat enim L. cit. 6. correctoriam esse solam in his, quae pleno iure, tam quo ad usumfructum, quam quoad proprietatem parentibus acquirebantur. De casu vero, quo ususfructus absque proprietate filio est testamento relictus, nihil noui disponi. Sed quanquam verissimum sit all. L. 6. corrigere

ex  
ter  
on  
ur,  
con  
od  
na  
terri  
ius  
um  
  
onis  
Si  
ote  
ria,  
uae  
eas  
nci  
vel  
eat.  
num  
atu  
filio  
uae  
VII.  
n in  
uad  
quo  
ni  
L. 6.  
ere

corriger priora iura, et corriger etiam generaliter antiquiora iura, patet ex ipsis verbis. Dein L. 17. C. de *Vsfr.* posterior est aetate L. 6. hinc ex L. 6. interpretanda, cum nihil in verbis L. 17. deprehendatur, ex quo appareat, voluisse L. 17. applicationem immutare Iustinianum; sed maxime de eo capite loquitur: an vel patris, vel filii morte exspiret *vſusfructus* filio familias relictus. Non ergo disponere videtur Lex de proprietate fructuum perceptorum ex iure *vſusfructus*, nec de compendiis ex fructibus perceptis.

### §. VII.

Tandem cum *vſusfructus* consistat in fructuum perceptione, necessario sequitur fructus esse illud, in quo proprietatem sibi acquirit *vſusfructuarius*. Neque hoc aliud esse poterit ex persona *vſusfructuarii*, quisquis ille sit, qui vtatur fruatur. iam ergo, cum filio familias ius est, rem peculiarem seu aduentitiam ex rebus patris repetere mortuo patre: non vero illa, quae pater perceptit ex re aduentitia compendia, iam noua dubitatio oriatur, quid praetextu peculii sui aduentitiae, ad quod referri debent fructus ex iure *vſusfructuario* filii percepti, autoritate Legum repetere possit filius. Si enim suos faciat fructus pater, frustra filii fuit *vſusfructus* constitutus, neque habebit quod repetat praetextu peculii aduentitiae. Ius enim *vſusfructus* sine obiecto, qui sunt ipsis fructus, cogitari nequit. Ergo magis probabile videri posset, non suos facere ex re *vſusfructuaria* perceptos fructus patrem, sed quo ad proprietatem remanere apud filium, salvo hoc, quod ex perceptis fructibus pater quelibet compendia habere possit, ita ut fructuum



Etiam demum aestimationem mortuo patre tanquam  
peculium aduentitium recipiat filius ex bonis paternis.

### §. VIII.

Sed sicut nobis animus non fuit, negandi communem sententiam, sed tantum dubia quaedam contra eam mouendi; ita non negamus, usum fori patrem percipere fructus ex re usufructuaria, neque quidquam filium habere, nisi, ut soluta patria potestate demuni omne ius usufructus plene habeat filius. Neque ex natura aduentitii hodie quidquam intererit, siue filius a patria potestate liberetur morte patris, siue emancipatione vel expressa, vel virtuali.



**ULB Halle**  
008 558 760

3



Worff



*4* 1771,12.

QVAESTIO  
IVRIS CONTROVERSI  
AN  
VSVSFRVCTVS FILIO FA-  
MILIAS CONSTITVTVS  
HODIE  
CEDAT PATRI

D.

IOA



LIPSIAE  
LITERIS RVMPIIIS.

